

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0121

LOG Titel: XII. Mentha felina vel nepeta

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

XII. *Mentha felina vel nepeta.*

ANno 1619., vigesimâ quartâ Junii viridis hæc eruca hæc herbâ enutrita formosam in aureliam immutata fuit, postquam tredecim dierum spatio quieti indulserat; quintâ Septembris inde phalænula quædam producta fuit.

XIII. *Papaver.*

CAlyci superius insidens vermiculus animalcula (pediculi) dicta in vigesimam sextam usque diem Augusti depascebatur, ubi in hujusmodi aureliam conversus fuit, Julio mense hujus generis alii jacuerunt immoti, in his apertis, huic in folio viridi exhibitæ, similes muscas inveni.

Nigra flavaque eruca floribus hisce tanquam pabulo vescebatur in vigesimam sextam usque diem Augusti anni 1617. ubi nigram in aureliam immutata fuit, & nonâ subsequentiis anni die mensis Junii phalænula figuratæ similis exinde prodiit.

XIV. *Melissa.*

ANno 1683. vigesimâ quartâ Junii hæcce lignei coloris eruca svalbacum in germaniâ mihi transmissa fuit, naturæ fuit admodum tranquillæ; vigesimâ sextâ, dicti mensis sese intexens in aureliam immutabatur, nonâ verò Julii flavus hujusmodi papiliunculus inde prodiit.

Infimum animalculum in infimo viridi folio collocatum hocce folio nutriebatur, exutâ aliquoties pelle, quam continuo circumferebat, corpore que postico sæpè sæpius, timore quasi perculsum & in Angustiis veluti constitutum, contremiscens in hanc è regione depictam formam transfiguratum fuit; vigesimâ quintâ die Junii anni 1689. veluti lignum induratum est; Julio mense tandem aliquando hujusmodi scarabæolus inde prodiit.